

do propriè ignoratur, an denunciatus ex affectu erga socios criminis, an verò è suggestione prædicatoris suam nominationem revocet: de veritate autem innocentiae pro denunciato nullum sufficiens indicium extet. Neque hic simpliciter valet, quod apud Berlich. l. cit. habetur; In ultimo dicto testis in criminalibus esse acquiescendum: atq; ita revocationi nominationis factæ à nominatore inhærendum, & nominatos tanquam innocentes habendos, cum primis si fortissima indicia contra nominatos etiam post nominatoris revocationem extent in contrarium.

ARTIC. XXXII.

De confessione ipsius rei extra iudicium facta.

So etner von ihm selbst ungenöthigter Ding gesagt hätte / daß er die beklagte oder verdachte Missethat gethan hätte.

So einer wie vor / von ganzer Weisung gesagt ist / gnugsam überwiesen wird / daß er von ihm selbst Ruhms / oder anderweil / ungenöthigter Ding gesagt hat / daß er die beklagte / oder verdachte Missethat gethan / oder solche Missethat vor der Geschicht zu thun / getrohen hätte / und die That auch darauf in kurzer Zeit erfolget wäre / und es wäre eine solche Person / daß man sich derselben That zu ihr versehen mag / wird auch für redliche Anzeigung der Missethat gehalten / und ist peinlich darauf zu fragen.

AD ARTIC. XXXII.

ARGUMENTUM.

Confessio seu jactitatio de certo perpetrato delicto extrajudicialiter absque ulla necessitate & sua sponte facta, legitimè tamen seu duobus testibus probata, præcipuè quam antea præcesserunt consistentis minæ de tali crimine committendo, & delictum tale postea est perpetratum, modò consistens talis sit persona, in quam suspicio ejusmodi delicti cadere possit, indicium ad torturam facit.

EXEGESIS.

Confessionem extrajudicialem de perpetrato delicto, de quo accusatio publicè est instituta, facere indicium ad torturam, non tantum

T

præ-